



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institutiones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

I. Sordida est Auaritia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

stum, mansuetum, patientem, regi se, & quocunque duci sinet. at si superbum, insolentem, durum, impudentem; aut fugiet è grege; aut tractari refugiet. Ita te amabit populus, & facilè sequetur, si demissione animi, modestiâ, mansuetudine, patientiâ prædictum videt: si verò elatum, si immodestum, si immansuetum, si impatientem, odit, horret, neque patitur. Verùm de his commodiùs, & paulò fusiùs, cùm in tert. part. de modo conuersandi agetur.

C A P V T III.

Sit liberalis.

NVM: I.

Turpitudo Avaricie.

Est hoc vitium non modò illiberalè; sed planè inhumanum; denique multorum capitum, capitalium, inquam, scelerum Hydra: A Sapiente pridem dictum: *Nihil est iniquius, quam*

quām amare pecuniam ; auaro autem nihil est scelestius. Et Apostolo auaritia idololatriæ cuiuspiam genus est. quod explanans S. Augustinus : Auari, inquit, frui volunt nummo ; uti autem Deo : quoniam non nummum propter Deum impendunt ; sed Deum propter nummum colunt.

NVM:II.

Detestanda in sacris.

ID etsi semper turpe sit : tum verò turpissimum ; imò flagitosissimum in Clericis , qui non modò crines, cu- ram scilicet rerum superfluarum, so- lenni ritu à se abdicârunt ; vt in Do- mini sortem venirent : sed & quò sanctiùs sacra tractarent, se quoque diuino cultui dedicârunt. Quām pu- tas execrandum : si ij de rebus ipsis sacris nundinentur ; & (quod de non nullis Apostolus conqueritur) ipsam pietatem questum faciant ? nam si ha- bere quæstui rem publ, sceleratum, &

A 7.

nefa-